

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Contritio 1
cum fonte primo

Argumentum est in melius translati animi
quod uicia sua que ad huc ignorabat uidet.
Quibusdam egris gratulatio est
cum ipsi egros se esse sensere.

Seneca epistola VIII.

Et hoc ipsum
argumentum est in melius translati animi,
quod vitia sua quae adhuc ignorabat videt;
quibusdam aegris gratulatio fit
cum ipsi aegros se esse senserunt.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium epistulae
morales*, 6.1 (L. Reynolds ed., vol.1, p.10, ll.8-11).